+

511

Tante Maiestatis conspectu, Illustrissime Preses &. tante inquas Maiestatis conspectu ideo cōmotus sum ut totis osibus contremiscam, et licet Senece preceptum imitari oporteat in epistola ad Hipolitum dicentis aude anime certa perage man... tuum, intrepida constent verba. tamen cum in audaces non sit semper ...acia tuta ancipiti animo et mente quodammodo exalta divino potius ...ore (quem in presenti deprecor), quam meis viribus sufultus dicenda caussa... ...ponas =

Que vertitur in hoc regio conventu inter Ildephonsum Perez de Hita tanquam maritum et coniunctam personam Ginesse mu... rios gallego et Catherinam de moriana super sucesione cuius... dam Anniversarij;

2 Anno Domini 1547, Bernarda de Sangines vicina olim civitatis de murcia condidit testamentum sub cuius dispositione decessit et fideicōmissum cum onere perpetui Anniversarij reliquit super duas ędes, cum prohibitione alienationis, et quod sucesor in prefatum fideicōmissum curam prestaret ut in perpetuum singulis anni hebdomadis feria 2ª celebraretur una missa Angelorum pro eius anima et suorum parentum, et ad successionem predicti fideicōmissi primo loco invitavit Ildephonsum de Sangines fratrem eius cui dedit facultatem eligendi ad successionem fideicomissi unum ex filijs suis quem vellet, et in defectum eorum secundo loco vocavit filios Beatricis de Sangines sororis eius ita ut maior eorum suceder...

3 Successit in hoc fideicōmisso prefatus Ildephonsus de Sangines frater fundatricis et post eius obitum Ortunius de Sangines filius eius qui decessit nullis relictis filijs = ex quo advenit cassus substitutionis filiorum predicte Beatricis de Sangines 2º loco nominate que decesserat duobus relictis filijs scilicet Ginesa de moriana maiore natu et Ioanne de moriana minore, Predicta Ginesa de Moriana petiit coram iudice

+

civitatis de Murcia possessionem bonorum tanquam filia maior
Beatricis de Sangines 2° loco nominate et prehabita ma-
ioritatis et filiationis probatione, tacente et consentiente
eius fratre Ioanne de Moriana missa fuit in bonorum
possessionem que possedit tempore vite sue et decessit
Relicta filia Ginesa gallego que etiam expostulavit posse-
ssionem fideicomissi et non constat ex actibus sibi datam
fuisse, decessit etiam Relicta filia Ginessa Munoz gallego
que missa fuit in possessionem huiusmodi fideicomissi per
iudicem civitatis de murcia non obstante contradictione
facta per Ludovicum de moriana filium predicti Ioannis
de moriana filii minoris Beatricis de Sangines secundo
loco vocate ad successionem istius fideicomissi =
et postmodum predicta Ginesa Munoz gallego expos-
tulavit iudice se tueri in prefata possessione et ita
pronunciatum fuit reservando tamen ius proprietatis
Ludovico de moriana filio dicti Ioannis de moriana
et suis descendentibus =

Hoc presupposito Anno preterito 1625 Catherina de
moriana filia Ludovici de moriana et neptis Ioan-
nis de moriana, coram Iudice predicte civitatis com-
paruit petens declarari veram successorem huius fidei-
comissi, tanquam neptis Ioannis de moriana secundo lo-
co vocate et quia in hoc fideicomisso cum onere perpetui
anniversarii succeditur ad instar maioratus in quo linea
masculorum prefertur linee feminarum licet sint ma-
iores nati; =
Predictus Ildephonsus Perez de hita tanquam ma-
ritus prefate Ginese Munoz gallego Respondit absolvi
esse ab hac petitione et declarari verum successorem
a hec bona que sunt vinculata et eo casu quo essent
uxor eius est neptis filii maioris Beatricis de Sang-

sangines secundo loco nominate, quod ipsa et antecessores eius per lineam feminarum possederunt bona per tempus 50 annos ex quo legitima prescriptio subsequuta est; factis probationibus post conclusum in caussa iudex inferior per difinitam sententiam predicta Catherina de Moriana veram successorem huiusmodi fideicomissi declaravit et iussit bona ei restitui cum fructibus atempore litis contestate, ab hac sententia appellatione interposita per Ildephonsum perez de hita lis introducta est in hoc regio pretorio ubi hinc, inde de iustitia partium allegatum est et caussa conclussa stattenus de facto et statu litis;

Fundamenta que perpendi ac adstipulari vident pretenssioni Catherine de moriana que actoris vicem in hac lite sustinet sunt hec =

Primum = ex eo quod fideicomissum harum edium habet anexum onus perpetuum dicendi missam, est vinculum perpetuum quia ex oneris perpetui impositione inducitur vinculum perpetuum ut probat textu elegante in l annuam 6 ff de annuis legatis cuius hec sunt verba, annuam pecuniam ad ludos civitatis reliquit, quibus presidere heredes voluit, sucessores heredum negant se debere quasi testator tandiu voluerit fideicomissum prestari quandiu presiderent heredes. quero igitur an cum presidendi mentionem fecerit fideicomissum in perpetuum? an ad tempus prestari voluerit? Modestinus respondit fideicomissum quotannis in perpetuum Reipublice prestantum esse. Consonat textus elegans in l annua 20 § a Titia et l cum quidam 23 ff eodem titulo de annuis legatis exornant Felicianus de censibus lib 2 c 3 ... nº 19 ubi vidi tamen controverti Cassenate

plures referens Consilio 20 nº 16 et 17, et licet plures Doctores
disentiant in hac opinione est est domin, Perez de Lara
de anniversarijs et capellanijs lib 1 cap 4 nº 25 cum sequentibus
Dominus Don Joanes del Castillo plurimos congerens
lib 4 controuersiarum cap 9 nº 9 Robles Salcedo de
presentatione lib 3 cap 3 nº et 3º, omnes tenent, vnanimiter
quod si cum tali onere perpetuo dicendi missam concurrat
clausula de non alienando bona, vinculum maioratus
tum censeatur at in hac clausula huius fideicomissi
tatrix prohibuit alienationem bonorum anniuersarij
hoc fideicomissum est perpetuum et habet vim
culi et maioratus perpetui

Secundum fundamentum = Testatrix, in hac clausula
dictionem semper, iussit enim vt semper celebrantur
missa pro eius anima in singulis anni hebdomadis
haec dictio ex sua natura est perpetua et vniuersalis
et significat tractum temporis et omni tempore
docent per textum in L 1ª § soluto matrimonio ibi
caussa semper et vbique perpetua est, et
Barbosa de dictionibus dictione 210 Dominus
na lib 1 c 5 nº 33 Dominus Don Joanes del Cas
tillo lib 2 c 22 nº 86 Ergo hoc fideicommissum
cum onere perpetuo anniuersarij cui apposita
est dictio semper, debet censeri tanquam
perpetuum fideicomissum, ac vinculum perpetuum

3um fundamentum est = Quod ea omnia quae in primogenijs
seruantur eadem locum habent in anniuersarijs quibus
annexum est onus perpetuum et clausula de non alienando
docet Dominus Molina lib 3 c 7 nº 19 Dominus Don Joan
nes del Castillo lib 3 c 19 nº 250 et 277 Mieres

+

Mieres 1ª pte inprincipio nº 67, atprecipua Regula que in maioratibus observiat est ut filia primogenita Stante Masculo eiusdem gradus et linee excludatur et adinstar secundi gradus Redigatur, adnotavit Dominus Molina lib 3 c 4 nº 5 et 12 ubi refert Paulus de Castro inmaioratib. hispanie loquentem consilio 164 nº 18 qui inquit hoc dictum sempe esse inore advocatorum, Ergo Stantibus filijs prefate Beatricis de Sangines 2º loco invitate debuit preferri in successione huius perpetui fideicommissi predictus Ioannes de moriana, ipsi Ginese demoriana sorori eius licet esset minor natu tanquam masculus = et sic Radicatum semel ius successionis in eius persona ad eius filios transmissum est ordine successivo ministerio Legis 45 Tauri cu tradditis ibi a Doctoribus, ac per consequens Catherina demoriana actrix, in quam ius sucessionis transfussum est iure optimo Vindicat a Ginessa Gomez gallego has domos super quas constitutum est fideicomissum perpetuum, =

+ 4m. fundamtis = Prescriptio in bonis maioratus non procedit quod probat urgenti ratione cu enim ex dispositione Legis 45 Tauri defuncto possessore bonoru maioratus continuo transeat in proximiore successore possessio tan civilis quam naturalis et dicto in solidus posidere non posint et sine possessione prescriptio non procedat ex regula sine possessione de regulis iuris ino sequit quod bona maioratus non posunt prescribi ut docet Mieres 4 pte q. 22 nº 18 =

ex contrario adquir possessi

Ex quibus infero quod bona huiusmodi fideicomissi

perpetui n[on] potuerint prescribi per dictum Ginessum de gallego nec eius Ascendentes in preiudicium Catherine de Moriana vere successoris Presentis cum eius possessio semper fuisset litigiosa ut constat ex petitionib[us] adductis per Catherinam de moriana et ludouicum de Moriana Patrem eius et hec pro actrice,

Fundamenta que consideraui pro parte Ginessi munos gallego sunt hec

Primum Hec bona de quorum successione agitur censentur sunt libera et allodialia quod evidenter probatur habent enim solummodo onus perpetuum anniversarij ex hac autem oneris perpetui impositione n[on] infertur fideicommissum perpetuum seu vinculum maioratus elegans in l. nihil proponi 123 ff de legi[s] 1° cuius hec sunt verba, Nihil proponi cur prohibeatur edificia distrahere eo quorum reddituum portionibus sibi relictis salua manet causa Legati, ex quorum verborum contextura colligitur quod res super qua relinquitur onus perpetuum ~~anniversarium~~ n[on] prohibeatur alienari salvo onere sequuntur sanc doctrinam Gama decis 30 Alvarus Valascus consultat 82 Dominus Pereira de Lara de anniversarijs c 4 n° 15 cum seqq Dominus Don Ioannes del Castillo lib 4 c 9 n° 9 Robles Salcedo de presentat lib 3 c 3 n° 13 3° Ergo bona huius Anniuersarij debent censeri libera n[on] maioratus perpetui = ac per consequens cum predictus Ginessus

Ginesa muñoz gallego et eius ascendentes ea posede rint tanquam libera per tempus 50 annorum ut cons tat ex actib, Prescriptio legitima eam reputur ad txij in l omnes et in l sicuti C de prescriptl 30 vel 40 annorum ex vulgatis =

2m fundamtu = Et, si sine preiuditio veritatis, concedamus quod hec bona consideranda sint tanquam subiecta fideicomi sso perpetuo et vinculo maioratus secundum DD ame relatos in 1º fundamento pro contraria pte; adhuc nihilominus Ginesa muñoz per vi presidio legitime prescriptionis adversus Catherinam de Mariana, = Quamvis enim certissimi iuris sit quod prescriptio ad versus res maioratus n procedat nisi ea sit imme morialis de cuius initio n constet ut docet Domin Molina lib 4 c 10 nº 9 Mieres 4 p q 21 nº 46; quando vero prescriptio est int transversales alicuij familie circa modum succedendi unius linee contra aliam (manentib bonis subiectis restitutioni), tunc q a cessat Ratio formalissima ob quam debeat intervenire prescriptio immemorialis sufficit tantum 30 annorum ita Resolvunt Bartholomeus Socinus senior consl 47 nº 14 et 15 vol 3 Tiraquellus in tractatu de primogenitura quest 30 nº 10 Pa risius conso 23 nº 93 lib 1 Mieres de maioratib 4 p q 21 nº 18 et 19 = Ergo cum possesio harum bo norum per lineam Ginese muñoz gallego incessant discurrerit per tempus 50 annorum presentibus adversarys summa cum ratione munita ex prescripte legitima censeri debemus

3um fundamentum quo haec Resolutio fortius corroboratur est, Bona enim feudalia non possunt prescribi ut fiant allodialia et libera nisi per spatium tanti temporis cuius initii non constet memoria secundus Socinus Iunioris consilio 76 nº 202 lib. et tamen quando prescribunt inter vassallos ut remaneant feudalia prescriptio 30 annorum sufficit Adnotavit Mieres de maioratib. q. 21 nº 32. ubi infinitos refert. Ergo per argumentum a simili quod Bona maioratus prescribunt inter successores ita ut remaneant in sua natura subiecta restitutioni prescriptio 30 annos sufficiens erit

Sententia

His prehabitis si mihi licet inter tot Senatus Doctissimos viros meum interponere Iuditium sub gravissima eorum censura censeo ac concludo sententias inferioris Iudicis quoad Iuri consonam confirmandas esse et ita pronunciandas ducor ea ratione quia prescriptio qua se tueri vult prefata Ginessa Garcia est interrupta pluries per petitiones ... per Catherinam de Mariana et eius patrem et ita prescriptio nulla potuit, in se perfici

Nec obstant fundamenta in contraria adducta quia omnibus Respondetur. et hac lectione ... in numerum advocatorum Regalis Cancellariae admissus fui ... triss.us Presidens et auditores granatenses die 15 mensis Julii anno ...

Ortelon ... Actatis

✝ hoc est una linea contra aliam

✳ ut constat ex actibus processus

⊕ Saltem, dixi iussu eius illustrissimus Preses ut amplius non procederem